



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

De Prophetia Ezechielis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

suspecto adjunctam reperisset, utrumque e Canone una litura sustulit. Sed hæc accu- Expl. in Psalm.
rate jam disputata sunt ab iis, qui adversus recentiores Ecclesiæ perduelles sunt veli-
tati.

IV. Quid quod e Græcis quibusdam Voluminum facrorum exemplaribus exci- Secundum argumentum.
diffit hæc Epistola deprehenditur? Nempe id efficit, tum ea quam diximus Libelli bre-
vitas, tum & situs diversitas: cum aliquando Threnis, nonnunquam Baruchi Pro-
phetia subiungeretur. Fieri enim facile potuit, ut cum Threnos descripsisset librarius
ex uno Codice, in quo Epistola Jeremias subnexa erat Prophetiae Baruchi, à Thre-
nis una serie ad Baruchum describendum progressus sit: deinde vero cum Baru-
chum describeret ex altero Codice, in quo Threnos excipiebat Jeremias Epistola,
ab incauto & parum attento librario prætermisla sit.

V. Quod si quis Theodore nobis objiciat, qui cum Baruchi librum explana- Tertium ar-
verit, Jeremias tamen Epistolam non attigit, respondebimus nihil ad Librum illum gumentum,
Epistolam pertinere; penitusque ab eo, ut dixi, fuisse discretam. Quoniam autem
Threnos exponens, postremum caput, quo Jeremias habetur Oratio, omisit, ideo
Epistolam Jeremias, quæ pone sequebatur, simul quoque omisam opinor. Cum cæ-
teroquin ex facrorum Librorum fide nihil detrahatur, ut dictum est superius, Interpre-
tum negligentia vel studium, hoc, illucve pro arbitrio industriam suam conferentium.

DE PROPHETIA EZECHIELIS.

I. Disputatur de Ezechiele. II. Disputatur utrum Ezechiel idem sit ac Zaratus Assyrinus, Pythagore preceptor. III. Ezechieli adscribitur Prophetia, que nomen ipsius prefixum gerit; ejusque probatur γνῶμης & antiquitas.
IV. Disputatur de duabus Prædictionum voluminibus, que ab Ezechiele
scripta fuisse tradit Josephus; & de Psalmo sexagesimo quarto, nomine Eze-
chielis, aliorumque inscripto. V. Refelluntur argumenta Adversariorum.
Primum argumentum. VI. Secundum argumentum. VII. Tertium argu-
mentum.

I. PERGAMUS ad Ezechielem Prophetam, Leviticæ tribus, Buzi Sacer- Disputatur de Ezechiele.
dotis filium, & filiis Pontificum oriundum; in terra Sarera natum; Jere-
mie coœvum; cum Jechonia rege in Chaldæam deportatum; ibique futura prædicere
exorsum ad oram amnis Chobar, quinto anno quam illuc traductus est; & per
viginti annorum decursum vaticinatum; atque ibi demum interfectum à gentiis fūx
Principe, cum eum, populunque adeo ad idola colenda proniorem ad virtutem ex-
citaret; & in eadem spelunca sepultum, in qua Sem & Arphaxad, Abrahami proge-
nitores, ad ripam Euphratis. Hæc scribimus ex fide Scriptoris, qui vitas Prophetarum
retulit in literas sub nomine Epiphani; qui ad æatem suam superfluisse docet
Ezechieli sepulcrum, miraculis clarum, & magno Judeorum concursu frequentatum.
Tum vero nihil aliud fuisse narrat sepulcrum hoc, quam duplē speluncam: at
Benjamin Tudensis supra sepulcrum magnificentissimi operis testudinem à Jechonia,
& triginta quoque Judeorum millibus exstructam fuisse narrat, Jechonia, ipsiusque
comitum, & Ezechieli imaginibus decoratam; illic institutam fuisse Synagogam, &
locupletissimam Bibliothecam, in qua volumen ingens visebatur Ezechieli manu
scriptum, & Expiationis die prælegi solitum; ad quam diem, à primo usque Tifri
die, quod anni initium est, magno peregrinorum illuc pietatis caussa confluentum
concursu solemnia festa agitari, & frequentissimis nundinis celebrari; nec Judeis so-
lum, sed Muhammedanis quoque sacrum esse locum ac venerabilem. Fides esto pe-
nes verpum hunc, qui in longinquis regionibus describendis veris falsa immiscere
sepe deprehenditur. Certum ẽt quindecim circiter Francicis leucis à Bagdado lo-
cum nunc quoque magnis Judeorum conventibus celebrari, in quo sepultum Eze-
chieli arbitrantur. Contra vero Scriptor Itinerari Hierofolymitani, qui vixit Con-
stantini temporibus, suo aeo prope Bethlehem extitisse tradit Ezechieli sepul-
crum, atque idem fuisse quod Jobi, Jesse, Davidis, & Salomonis. Quod valde ine-
ptum est. Facebat etiam Abrabaniel, qui Ezechiem & in terra Chanaan, & extra
eam vaticinatum esse docet; cum quinto demum post deportationem suam anno fu-
tura prædicere aggressus sit.

Ee ij

PROPOSITIO IV.

Disputatur utrum Eze- chiel idem sit ac Zaratus Affrius, Pythagoras praecceptor. Clem. Alex. libr. 1. Strom.

II. Est apud Clementem Alexandrinum, existimare nonnullos Nazaratum Assyrium, quem Alexander, in libro De Pythagoricis symbolis, Pythagorae praceptorum fuisse scribit, eundem esse ac Ezechiem: quam demum opinionem rejicit. Mihi contra probatur; nec sine argumentis. Nam primum emendandus est Clemens, in quo haec leguntur: ἀλέξανδρος ἐν τῷ οὐρανῷ πολυτελῶν συμβόλων, φιλάρχῳ τῷ αστρονομούσαι ισοπέτῃ πολυτελῶν ιερών τούτων ἡγούμενοι πρίν: τοις ἐπι τοῖς δὲ, ὃς ἔπι- τη Διαθήσεως Alexander autem in libro De Pythagoricis symbolis, narrat Pythagoram Nazarati Assyrii auditorem fuisse. Hunc quidam Ezechiem fuisse putant: handquaquam vero est, ut infra ostendetur. Illic pro eo quod legi debet, ζεχίτῳ τῷ αστρονόμῳ, perperam legitur, φιλάρχῳ, ex vitioſa iteratione postremæ literæ præcedentis. Zaratus autem is est, quem Zabratum appellat Porphyrius in vita Pythagoræ, & Zaratum Plutarchus. Atqui hunc esse Zoroastrem supra probavimus, qui & Zarades apud Theodoretum & Agathiam appellatur. His positis, si temporum ineatitur ratio, deprehendemus juventutem Pythagoræ, qui Polycratis Samii coevis fuit, in Ezechielis senectutem incidunt. Proindeque cum ad Chaldaeos ivisse Pythagoram constet, non solum fieri potuit, ut cum Ezechiele viro inter suos claro, & sanctitate, vaticiniis, ac prodigiis celebrato fuerit converfatus, sed aliter etiam fieri non potuit; cum ad ejusmodi tan- tū viros noscendas & alloquendos tam longinquas peregrinationes sufficerit. Su- perest ut cauſam quaeramus, cur Ezechiel dictus sit Zaratus; quem Zaratum esse Zoroastrem, sive Mosēm, alibi docuimus. Hujus appellationis hac mihi videtur esse ratio valde probabilis, quod pleraque Ezechieli evenere, quæ Zoroastri itidem eveniſſe tradintur. Nam matrem Zoroastris statim post eum conceptum, cœlum ardens & quatuor gryphes vidisse ferunt; ipsum deinde Zoroastrem Deum aliquando celeſtibus micantem flammis aspexisse, atque hinc Zardust, sive Zoroastrem dictum; hoc est, Amicum ignis. De se autem ita scriperat Ezechiel: Et vidi & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis involvens, & splendor in circuitu ejus: & de medio ejus quasi species electri, id est, de medio ignis: & ex medio ejus similitudo qua- tuor animalium. Deinde: Et similitudo animalium, & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardenti, & quasi aspectus lampadarum. Hac erat visio discurrens in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgor egrediens. Zoroastrem in cœlum raptum narrant à Deo librum accepisti: idem sibi evenisse narrat Ezechiel. Addunt Zoroastri tradita tunc esse à Deo præcepta, ad hominum eradenda vita & mores emendandos: pa- tria de se referunt toto suo opere Ezechiel. Zoroastri quoque futurorum præſensionem à Deo concessam tradunt, itidem ut Ezechieli. Ex Sinenium finibus in Persidem ve- nisse Zoroastres fertur: ex Iudea in Babyloniam, quæ Perisi contributa deinde fuit, migravit Ezechiel. Hoc itinere fluvios obstantes à Zoroastre congelatos fin- gunt: scribit Pseudo-Epiphanius fluvium ab Ezechiele siccatum Ebreis Persarum im- petum fugientibus transiit præbusse, Perfas ipflos obruiſſe. Prodigii editis nobili- tatum fingunt Zoroastrem: Ezechielis miracula referunt idem Epiphanius. Humana os- fa Zoroastris lectulo supposita fuisse ferunt: in campum ossibus arefactis plenum in ſpiritu deducetus est Ezechiel. Multa Zoroastrem ſua de Deo, Deique cultu doctrinæ gratia paſſum volunt: pari de cauſa mortem Ezechiel fufiuit. Huc accedit quod de Zoroastris aetate, quam vix cognosci posse scribit Agathias, tam varia, tamque dubia promferunt Autores, ut à quibusdam etiam coevis Hyſtaspis positus sit: hic autem ab Ezechielis ævo non multum abfuit. Hinc ergo planissime liquet, quamobrem an- norum diuturnitate veram rerum notiam abolente, cum Zoroastre sive Zarato Eze- chiel confuderint Graeci, à quibus id videtur Clemens Alexandrinus accepisse; gens ubi veritas deſſerit notitia, quod jam ſæpius iteravi, in ſegmentis commiſſi- dis intemperanter luxuriari ſolita. Multum vero ſua ratio Clementem fallit: Pytha- goram non negat audivisse Zaratum, at Zaratum negat esse Ezechiem; cum Zaratum sive Zoroastrem, qui Moſēs fuit, nec audiverit, nec propter annorum intervalum audire potuerit; Ezechiem vero audivisse valde probabile fit. Sunt qui haec Clementis verba ita interpretentur, quæ Ezechiem, non Zaratum, sed Pythagoram haberi à quibusdam voluerit, quod non ita eſſe cognofcer, quisquis locum to- tum attente luſtraverit. Porro ſegmenti hujus opifices ignorasse manifestum eſt Zoroastrem fuisse Moſēm. Verum cum ex eorum diſcrepancia, quæ de Zoroastris aeta- te, patria, & rebus geftis ſpargebantur, peronatum eſſe hominem feliciter depre- diſſent, in eo agnoscendo aberrarunt, & Ezechiem eſſe conjequerunt, qui vere Moſēs erat. Tantum abeft ergo, ut opinioni noſtræ, qua Zoroastrem Moſēm eſſe statui- mus, decedat aliiquid roboris propter alterum iſtud eorum decretum, qui Ezechiem fuisse volunt, ut potius multum hinc eam confirmari putem. Nam & Zoroaſtrem, ficitiam eſſe peronam, & ea magnum aliquem & sanctum inter Ifraélitas

Plat. ἦτι τὸν εἰδῆ μετεπορεύεται. Theod. Strom. 9. de legib. Agath. libr. 2.

Ezech. 1. 4, 5, 13. Ezech. 1. 9, 10, 2. 1, 2, 3.

Epiph. De Vit. Proph.

Ezech. 37. 1, & seq.

Agath. libr. 2.

Deo librum accepisti: idem sibi evenisse narrat Ezechiel. Addunt Zoroastri tradita tunc esse à Deo præcepta, ad hominum eradenda vita & mores emendandos: pa- tria de se referunt toto suo opere Ezechiel. Zoroastri quoque futurorum præſensionem à Deo concessam tradunt, itidem ut Ezechieli. Ex Sinenium finibus in Persidem ve- nisse Zoroastres fertur: ex Iudea in Babyloniam, quæ Perisi contributa deinde fuit, migravit Ezechiel. Hoc itinere fluvios obstantes à Zoroastre congelatos fin- gunt: scribit Pseudo-Epiphanius fluvium ab Ezechiele siccatum Ebreis Persarum im- petum fugientibus transiit præbusse, Perfas ipflos obruiſſe. Prodigii editis nobili- tatum fingunt Zoroastrem: Ezechielis miracula referunt idem Epiphanius. Humana os- fa Zoroastris lectulo supposita fuisse ferunt: in campum ossibus arefactis plenum in ſpiritu deducetus est Ezechiel. Multa Zoroastrem ſua de Deo, Deique cultu doctrinæ gratia paſſum volunt: pari de cauſa mortem Ezechiel fufiuit. Huc accedit quod de Zoroastris aetate, quam vix cognosci posse scribit Agathias, tam varia, tamque dubia promferunt Autores, ut à quibusdam etiam coevis Hyſtaspis positus sit: hic autem ab Ezechielis ævo non multum abfuit. Hinc ergo planissime liquet, quamobrem an- norum diuturnitate veram rerum notiam abolente, cum Zoroastre sive Zarato Eze- chiel confuderint Graeci, à quibus id videtur Clemens Alexandrinus accepisse; gens ubi veritas deſſerit notitia, quod jam ſæpius iteravi, in ſegmentis commiſſi- dis intemperanter luxuriari ſolita. Multum vero ſua ratio Clementem fallit: Pytha- goram non negat audivisse Zaratum, at Zaratum negat eſſe Ezechiem; cum Zaratum sive Zoroastrem, qui Moſēs fuit, nec audiverit, nec propter annorum intervalum audire potuerit; Ezechiem vero audivisse valde probabile fit. Sunt qui haec Clementis verba ita interpretentur, quæ Ezechiem, non Zaratum, sed Pythagoram haberi à quibusdam voluerit, quod non ita eſſe cognofcer, quisquis locum to- tum attente luſtraverit. Porro ſegmenti hujus opifices ignorasse manifestum eſt Zoroastrem fuisse Moſēm. Verum cum ex eorum diſcrepancia, quæ de Zoroastris aeta- te, patria, & rebus geftis ſpargebantur, peronatum eſſe hominem feliciter depre- diſſent, in eo agnoscendo aberrarunt, & Ezechiem eſſe conjequerunt, qui vere Moſēs erat. Tantum abeft ergo, ut opinioni noſtræ, qua Zoroastrem Moſēm eſſe statui- mus, decedat aliiquid roboris propter alterum iſtud eorum decretum, qui Ezechiem fuisse volunt, ut potius multum hinc eam confirmari putem. Nam & Zoroaſtrem, ficitiam eſſe peronam, & ea magnum aliquem & sanctum inter Ifraélitas

PROPOSITIO IV.

221

virum occultari nobiscum sentiunt; & morem, modumque nostrum antiquitates sacras profane vetustatis spoliis ditandi & decorandi exemplo suo comprobant. Nunc utri sagacius odorati sint; illine, cum Ezechielem, an nos, cum Molem in Zoroastre latere conjectavimus, æqui & attenti Lectoris esto arbitrium. Lineamenta enim Ezechieliis aliqua, at ipsum Mosis os, totumque corpus in eo haud dubie agnosceret.

III. Jam vero quod ad Prophetæ, qua Ezechieliis nomine inscripta est, *γνωστὸν τινα Εζεκίηλον* & antiquitatem pertinet, ipse ex initio operis auctorem Ezechiel declarat, idque *in scripturam Prophetae*, genus suum, vaticiniorumque locum, ac tempus accurate indicans. *Huius deinde fidem adstruit Daniel*, qui quarto capite sic differit: *Magna arbor & fortis, & proceritas ejus contingens cælum: aspectus illius erat usque ad terminos universæ terra: folia ejus pulcherrima, & fructus ejus nimius, & esca univerorum in ea: subter eam habitat animalia & bestie, & in ramis ejus convertabantur volvures celi, & ex ea vescebatur omnis caro*. Tum deinde: *Arborem quam vidisti sublimem atque robustam, cuius altitudine pergit ad cælum, & aspectus illius in omnem terram, & rami ejus pulcherrimi, & fructus ejus nimius, & esca omnium in ea, subter eam habitantes bestie agri, & in ramis ejus commorantes aves celi: tu es, Rex, qui magnificatus es, & invictus, & magnitudo tua crevit, & pervenit usque ad cælum, & potestas tua in terminos universæ terra*. Similis hæc arboris descriptio iti Ezechieliis ex tricesimo primo capite: *Ece Assur, quasi Cedrus in Libano, pulcher ramis, & frondibus nemorosus..... Cumque extendisset umbram suam, in ramis ejus fecerunt nidos omnia volatilia celi, & sub frondibus ejus genuerunt omnes bestie salutum, & sub umbraculo ejus habitabat catus gentium plurimarum*. Hinc parem fere interpretationem accipere vix multis per somnum arbores, Astyagi, Xerxi, Maæ Virgilii matris. Porro ne quis fallatur, dum nos nulli putat, sciat caput hoc Ezechieliis tricesimum primum, ante ab Ezechiele fuisse scriptum, quam quartum operis sui Daniel lucubrasset. Illustre præterea, ad fidem Prophetæ Ezechieliis faciendam, testimonium Strachidae, cum ait: *Ezechiel, qui vidit conspectum glorie, quam ostendit illi in curru Cherubim: nam commemoratus est inimicorum in imbre, benefacere illis qui offendunt rectas vias: respiciebat nempe ad initium Ezechieliis, ubi gloria Dei, & currus Cherubim describuntur: maxime vero ad ista è decimo capite: Et egressa est gloria Domini à limine Templi, & stetit super Cherubim, & elevavit Cherubim alas suas, exaltata sunt à terra contum me, & illis egredientibus rotæ quoque subsecuta sunt*. Unde istud Platonis petitum esse rectè à Juffino notatum est: *οὐ μέμα ἡγεμὼν ἐν ὀνειροφύλακει, ἀλλὰ πάντας τοὺς ἄλλους ἀπομένει*. Justin. Paræn. *Magnus sane imperator in cælo Juppiter, alatum currum agitans. Respiciebat item Auctor Ecclesiastici ad hæc decimi tertii capituli Ezechieliis: Propterea hoc dicit Dominus Deus: Et erumpere faciam spiritum tempestatum in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit, & lapides grandes in ira in consumptionem. Reliquia ad tricesimum quartum, & tricesimum sextum cum sequenti pertinent. Ista quoque è libro tertio Regum: Operatus es mala super omnes qui fuerunt ante te, & fecisti tibi Deos alienos & conflatiles, ut me ad iracundiam provocares, me autem projecisti post corpus tuum: anno alludunt ad illa Ezechieliis: Propterea hoc dicit Dominus Deus, Quia obliterata es mihi, & projecisti me post corpus tuum, tu quoque porta scelus tuum & fornicationes tuas? Illud Zacharia: Et erit in die illa, dicit Dominus exercituum: Disperdam nomina idolorum, & non memorabuntur ultra, germanum est hujus ex Ezechiele: Hec dicit Dominus Deus: Et disperdam simula- lacra, & cessare faciam idola de Memphis.*

IV. Porro non unum hoc, quod extat, Prophetiarum volumen edidisse fertur Ezechiel, sed alterum quoque, quod per Iudaorum socroram intercidisse retur. Auctor *disputatur de duobus Synopseos*. His Josephi verbis nititur ea sententia: *οὐ μόνον δὲ διὰ τῆς ιερουποιίας περιεστήσθαι τοῦ Θεοῦ τοῖς οἰκονομοῖς, αὐτὸν τοῦ Θεοῦ οὐδὲ τοῖς οἰκονομοῖς, οὐδὲ τοῖς θεοῖ τοῦ Θεοῦ τοῖς θεοῖ τοῦ Θεοῦ τοῖς θεοῖ τοῦ Θεοῦ*. Non solum autem Jeremias iste catibus hominum illa prædictis, sed & Propheta Ezechiel, qui primus libros duos de his conscriptis reliquit. Quæ aliter accipienda sunt, ac vulgo accipi solent; nec enim alterum Ezechieliis volumen interiisse existit. Josephus; & de Psalmo se- mo, quod vulgo tamen credi video; præfertim post Josephi ætatem, qua artate per universas gentes vulgatae erant, & in omnes propinquum linguis conversæ Scriptio-nes sacrae. Sed hunc Ezechieliis librum, quo nunc utimur, in duas partes Josephi ævo distinctum fuisse puto; & si conjecturis patet locus, triginta novem prioribus capitibus primum volumen, postrem novem constituisse alterum, quo Templi reparatio ac Urbis dimensio continentur. Profecto cum Pradus, & Villapandus, diligentissimi li- bri hujus Interpretates, explanationem inter se parti voluerint, ille triginta novem priora, hic reliqua exponenda suscepit; cum neutrum tamen ad verutam illam par-titionem refexisse credam. Nempe ita res ferebat; nam prædictiones sunt quasi distinctæ penitus inter se & discretae. Psalmus præterea sexagesimus quartus, Davi-dis, Jeremias, & Ezechieliis nomen præscriptum gerit: quod nimur ad Psalmorum

Eccl. 49. 10.
Dan. 4. 9, 18,
Ezech. 10. 18.
Ezech. 13. 11.
Ezech. 23. 15.
Zach. 13. 2.
Ezech. 30. 13.

P R O P O S I T I O I V.

222

Davidicorum formam à Jeremia compositum Ezechiel, ad quem fuerat missus; aliquibus fortassis adiectis, vel resectis, vel mutatis, ad præsentem rerum statum accommodaverit, & populo præcindendum dederit.

*Refelluntur
argumenta
Adversario-
rum.
Primum ar-
gumentum.
Tract. Theol.
cap. 1. & 11.*

Deut. 24. 16.

V. Sed nec immunis a male feriotorum hominum calumniis & cavillationibus fuit iste Liber: nam primam struit Theologo. Politicus argutator ex Thalmudico tractatu Sabbathi, in quo legitur, propter sententias alias Ezechieli, quæ Mosis effatis videntur repugnare, Rabbinos de expungendo ipsius Libro & rejiciendo consilia agitasse; ac fuisse facturos, absque Ananias quodam fuisse, qui discrepantias illas conciliaturum, nodosque omnes soluturum se recepit; ac re præsttit. Tum deinde horum repugnantium locorum specimen afferit, eumque qui capite Ezechieli decimo octavo habetur, quo negat futurum Deus, ut majorum dilecta immeriti nepotes huic, confert cum tricesimo quarto Exodi, & tricesimo secundo Jeremie, ubi Deus paternorum scelerum poenas à nepotibus ac pronepotibus expediturus esse dicitur. At hoc ipso argumento convellitur Deuteronomii γνωστός, quod huic Ezechieli doctrinæ consentit his verbis: *Non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus, sed unusquisque pro peccato suo morietur:* convelluntur & Libri Regum ac Paralipomenon, quorum pars est doctrina. Otiosi hominis eset huc afferre que ad has sententias conciliandas Interpretes congesse. Paucis dicam, ob patrum noxas sæpe filios plechi poenis temporis: unde vetus illud:

De male quefitis non gaudet tertius heres:

æternis vero suppliciis sua quæcumque peccata luere. Præterea cum post expensam illam sententiarum pugnam ac discordiam, Ezechieli librum nihilominus in Canone retinendum censuerint Rabbini, eamque Ananias composuerit, vel inde cognoscitur, temere, ipsis Rabbiniis iudicibus, ac perperam facere, quisquis Librum hunc propterea censeat oppugnandum.

*Secundum
argumentum.*

V. I. Ac velut infirmitatis argumenti hujuscemodis conscius idem Disputator, aliud ad elevandam Prophetæ Ezechieli auctoritatem excogitat, eamque majoris operis fragmentum esse quatuor rationibus probare fatigat, quarum prima haec est, Librum à coniunctione connexiva initium ducere. Altera ab his verbis petitur, que in fronte Libri apparent: *Et factum est in trigesimo anno,* unde concluditur Ezechielem res sibi à Deo superioribus quoque annis premonstratas commemorasse. Tertiam suppeditant ista tertii versus primi capituli verba: *Fuerat sæpe verbum Dei Ezechieli filio Buzi, Sacra-
doti, in terra Chaldeorum.* Postrema oritur ex Josepho, qui capite decimo libri decimi Antiquitatum, prædixisse Ezechiem narrat, futurum ut Sedecias Babylonem non videret, quod in eo libro Ezechieli, qui superest, nusquam reperitur; sed contra decimo septimo capite in Babyloniam ductum iri prænuntiat. Quarum rationum levitatem arguere facile est: nam que dicitur ex coniunctione connexiva libro Ezechieli præfixa, eadem libris Josue, & Ruth, & primo Regum, & Jonæ, & primo Machabæorum premissa est, neque semper copulam significat, sed sæpe ab Ebræis, vel ornatus adhibetur gratia, vel alii de caussis quas afferunt Grammatici. Alteram confutat verborum, quæ opponit Adversarius, legitima interpretatio: ea autem ex Jonathane & R. Davide Kimchi petenda est; ille quippe tricesimum hunc annum numerandum esse ait ab eo tempore, quo Helcias summus Ebræorum Pontifex liberum Legis inventus in domo Sanctuarii, anno nempe Josue decimo octavo; David autem Kimchi hoc tempore aëtum fuisse annum Jubileum docet. Quibus characteribus insignitus ille annus, quidam fuit cardo temporis, unde consequentes annos Ezechiel numeravit. Tertia vero falso innixa fundamento sponte corruit: nam versu tertio, ita in Ebraicis concepto: לְהַיָּה בְּדֶרֶךְ יְהוָה, dictiones istar, multis vicibus, hoc est sæpe, nusquam apparent, neque Interpretates agnoscunt. Denique quod ex Josepho prodit argumentum, futile est: nam quæcumque vaticinatus est Ezechiel, in literas relata non sunt; neque quidquid unquam retulit in literas, hoc quod habemus Volumine continetur. Itaque prædictio illa ad Sedeciam pertinens, vel voce tantum proleta est, & per nuntios Sedeciae significata, vel per epistolam ab Ezechieli misa; minime vero in Librum vaticiniorum relata. Quod autem addit Theologo-Politicus Doctor, contrarium haberi decimo septimo Ezechieli capite, in eo stolidè hallucinatur; nam Sedeciam non visurum esse Babylonem, minime alteri huic vaticinio repugnat, Sedeciam ductum iri Babylonem: postquam enim oculis privatus est Sedecias, ductus est Babylonem; itaque Babylonem non vidit, & tamen Babylonem deportatus est. Atque id Sedeciam ipsum jam ante fefellerit scribit Josephus: cum libr. 10, cap. 10. enim futurum asleveraret Jeremias, ut captivus Babylonem duceretur, negaret vero Ezechiel visurum hunc Babylonem; repugnantes, ideoque vanas & incertas esse vaticinationes Sedecias ratus est, quas consentientes ac verissimas esse eventus comprobavit.

*Joseph. Antiq.
libr. 10, cap. 10.*

VII. Tertia hæc afferri potest adversus libri Ezechielis dignitatem contradic̄io, *Tertium argumentum*. Thalmuditas capite primo Babæ bathræ, in Gemara, alioſque Rabbinos, lucubratio. *gumenum*. nem ejus viris Synagogæ magna tribueri; cuius opinionis cauſam hanc ibidem reddi, *Quod futurorum praefatio tradita non sit, ut extra Terram sanctam scriberetur*. Atqui in Danieli falſum hoc deprehenditur, ut infra ostendam; falſum & in Jeremia, qui vaticiniorum ſuorum partem in Ægypto ſcripſit. Thalmuditas afflentur Ifidorus. Atque hinc dubitat Thomas Hobbesius, utrum Ezechiel ſu ipſe vaticinia ediderit. Equidem & Ezechielem librum condidisse cenſeo, & Synagogæ magna Magiftriſ ſuo iſum nitori reſtituiſſe, & deſcripſiſſe, & multis exaratis exemplaribus publicaſſe; qui rarioſ fortalſe erat, nec in aliena terra, inter profani cultus & damnatae religionis gentes, tuto & commode vulgi potuerat; cum ſua iſu vaticinia Iaiaſ & Jeremias edidiſſent, ut idem Ifidorus adnotavit,

*Iſid. Orig. lib.
6. cap. 1.
Hobbesius Le-
viath. cap. 33.*

DE PROPHETIA DANIELIS.

- I. Disputatur utrum Daniel fuerit Prophetas. II. Disputatur utrum Daniel fuerit Eunuchus. III. Disputatur utrum Daniel idem fuerit qui Beleſis à Diodoro memoratus. IV. Disputatur utrum Daniel Ecbatanis, an Sufis inſignem illam terram à Iofephō & Hieronymo memoratam exſtruxerit, & utrum Sufis, an Babylone fuerit ſepultus. V. Disputatur utrum ad unum eundemque Danielē pertineant, quecumque in Danielis Prophetia narrantur, deque ejus interpretationibus Grecis. VI. Disputatur de ordine partium libri Danielis. VII. Disputatur cur partim Ebraice, partim Chaldaice, partim Graece ſcriptus extet. VIII. Nonnulla afferuntur ad autoritatem Additamentis Danielis conciliandam. IX. Disputatur de ſenibus, à quibus attentata eſt Suanne pudicitia. X. Disputatur de ſuppoſitiis Danielis ſcriptionibus. XI. Probatur Prophetia Danielis γνῶστος & antiquitas. XII. Refelluntur argumenta Adversariorum. Primum argumentum. XIII. Secundum Argumentum. XIV. Tertium Argumentum. XV. Quartum Argumentum. XVI. Quintum Argumentum.

I. ΤΑῦτα δὲ δὴ σύγχρόμενοι καταλέγοντες Δανιὴλος, ἀναγνώσκεται παρ' *Disputatur utrum Daniel fuerit Propheta*, que libros a ſe conſcriptos reliquit Daniel, leguntur hodieque apud nos: atque hi nobis fidem pofitam Danielē cum Deo colloquia habuiffe. Ita de Danieli, Danieliſque libro ſentiebat Iofephus, ex cuius verbiſ ſcimus, & diviniſ Danieli preditioni fuſile dobitibus ac virtutibus, & genuinum eſſe iſuſ vaticiniorum opus. Quod antequam probare aggredior, adnotanda veniunt quaedam, vel observatione digna, vel parum explicata ad hanc diem, vel ad sequentium quæſitionum enodationem opportuna. Quibus dilucide expositis, contradictiones plurimæ, adverſus Librum hunc jačtari ſolitæ, coincident iſuſ per ſe & evanescunt. Danielē Prophetam non fuſile, fuſile vero Eunuchum conſentiens eſt Judæorum omnium opinio. Prophetam non fuſile has ob cauſas exiftimant, quas afferit Maimonides in More nevochim; nimirum quod eti Angelus ei videndum ſed dicit, eumque rerum futurum notitia imbuīt, per ſomnum tamen id factum eſt, nec Angelum in ſe deprehendit, quod ad veram Prophetiam defiderabatur; proindeque non inter Prophetias Librum iſuſ, ſed inter *בְּחִזְבָּן*, hoc eſt Hagiographa, collocant: quanquam laxiori ſignificatione Prophetæ nomen iſu Maimonides largitur. Rationem præterea hanc addunt, nempe quod Daniel non Prophetico more vixerit, ſed *דָּרָשָׁנִי*. Adverſus ea confurgunt Christiani Patres, Christi auſtoritatem fecuti, à quo Daniel Prophetæ titulo donatus eſt, & Propheta in jure optimo dici contendunt, & recte quidem: quippe ſi Prophetæ vere iſ eſt, qui clare & diſtincte eventura prænoscit & prædict, quis tandem futuras rerum conversiones, imperiorum interitus, Christi adventum & necem prænuntiavit aper- tius? quis temporibus accuratiuſ distinxit? Sed & juxta Maimonidae iſuſ definitio- nes & principia, Prophetæ nomen etiam ſtricte ſumtu Danieli congruit: quodque Judeos occludit, inter Prophetas cum Jeremia, Aggeo, Zacharia, Malachia re- cenſetur in Thalmudico libro Megilah, primo capite. Neque ſolum *אֵלֶּה יְהֹוָה מֶלֶךְ עָלָיו*

*R. Mof. ben
Maim. More
nev. libr. 2. c.
45.*

Matth. 14. 15.